

*cidit*, ut bene notat Ant. Matth. d. tit. 5. cap. 2. n. 11. sic patitur in nostra l. 31. ibi: *por fuerca, si lo matate entonce.* Quod eleganter dixerat Cicero Orat. 38. pro Milon. ibi: *puclitiam cum eriperet militi, tribunus militaris in exercitu C. Marij propinquus ejus imperatoris, interfectus ab eo est, cui vim afferebat: facere enim probus adolescens periculosè quàm perpetrari turpiter maluit, atque bonus vir ille summus, scelere solum periculo liberavit.* Quo loci perpendenda sunt verba illa cum eriperet explicantia in ipso aggressu fecisse, & illa cum vim afferebat denotantia violentiam, ut statim, & vim propulsando fieri debeat. Non autem quando violentia abest, & ex intervallo occidit, ut ex Farin. Caball. Carpov. & aliis plurimis dixi supra ex n. 16.

110 Quibus additur quod in nostra specie nihil de molestia, sollicitudine aut jactantia turpitudinis probatum fuit ob quod justis doloris causa oriri posset. Et illud Poëticum quod dicebatur:

*Nullum memorabile nomen*

*Feminea in pœna est:*  
Sperandum videbatur, tum quia Virgilius 2. *Aeneid ad fin.* (Cujus auctoritas obruncata, & ob id reticendo auctorem, allegabatur) hæc dixerat non de pœna judicialiter feminae imponenda tractando. Sed de viro militari Mulierem occidere desiderante. Ardebat Troia, Aeneas reperit Helenam causam totius mali, in limine Vestæ tragediam prospicientem, eam necare desiderat, sed abstinet ea consideratione.

*Nam, est nullum memorabile nomen  
Feminea in pœna est, neque habet Victoria  
laudem*

*Extinxisse ne fas tamen, & sumpsisse merentis  
Laudabor pœnas, animique explese juvabit  
Ultrix flamma, & cineres satiasse meorum.*

Quadruplici solutione, ut Cerda ibidem accuratè notat, satisfieri asserit: tantum abest ut ei acquiescat. Tum etiam quia tot tantisque exemplis ex sacra pagina depromptis contrarium probatur.

Nam ex illis abundè cõstat, Deum optimum, & Maximum, per se, & per suos administratos, pœnas acerbissimas feminis sõtibz imposuisse, & tamen nomen ipsius, & eorum memorabile permanet, & permanebit in seculum. Et si humana testimonia quarantur, Romani laudabiliter severitatem in feminas exercuerunt, ut tradit Valer. Maxim. lib. 6. c. 3. his verbis *Latègue patens opprobrij deformitas, severitate supplicij emendata est: quia quantum*

*ruboris civitati nostra mulieres turpiter se gerendo intulerant; tantum laudis graviter punire attulerunt. Nec laudem pœnæ cessare dicetis, ex eo quod loquatur de incontinentia, nos autem de crudelitate: quia potior ratio militat, quàm gravius crimen censetur homicidium, adulterio. Et si concedamus quod abstitit, aliquid iniquitatis adesse in pœna capitali feminae irrogandæ: negari non potest Angelam magnum crimen commisisse, quod magni exemplum considerabit, ne passim ex levi convitio inconsideratè prolato, homines nequiter interficiantur, & ut Tacit. dixerat 14. annal. *Habet aliquid ex iniquo magnum exemplum, quod contra singulos utilitate publica rependitur.**

Ad tertium argumentum fit satis cum 112 deductis supra, n. 18. & segg. Ad quartum ex allegatis n. 17. seg. Neq; illud quod de fratre adducit Giurba d. conf. 20. n. 13. ad rem prodest, quia ex necesse fratris, non venit ex sui natura, proditioni qualitas, sed patricidii, Text. in l. cum vulgat. ff. ad leg. Pompeiam. de patricid. An autem ex qualitate patricidii amittatur privilegium immunitatis tractant plures, ut Villalobos, Sanchez, Barbosa, & alii apud Trulench. lib. 1. decal. c. 11. dub. 3. n. 20. quæ quia ad nos non pertinent, omituntur.

Hæc meditabantur ad suffragium præstandum in defensionibus hujus causæ, sive controversiæ. Sed quia articulus immunitatis Ecclesiæ ad quam dicebatur confugisse Angelam, dum in sella gestatoria duceretur ad carcerem, suscitatus fuit coram ordinario Ecclesiastico, indecisa controversia remansit. Nam in eo articulo obtinuit, an tandem indultum consequuta fuit.

### CONTROVERSIA XXX.

De Homicidio insidiis, atque industria patrato, an dici possit proditionum que ad effectum immunitatis consequenda.

#### SUMMARIUM.

- 1 Ratio disputandi hanc controversiam.
- 2 Ambigua sunt facta maxima.
- 3 Aurei seculum oratoribus caruit, & quare.
- 4 c. 1. de homicidio explicandū proponitur.
- 5 Zelum tuende immunitatis Ecclesiæ qualiter explicaverit Christus Dominus.
- 6 Christus non purgavit templum nisi adhibito flagello, quo pœnam denotavit.
- 7 Prælati Ecclesiastici, quo pacto purgare templa teneantur.
- 8 Zeli verbum in sacra pagina semper capitur, quoad vindictam delictorum.

9 Damnum

- 9 Damnum reipublica resultans ex frequentia aistorum Ethnici perpendebant.
- 10 Humana ingenia plerumque non futura, sed præterita contemplantur.
- 11 Verba d. c. a. desumpta fuisse à Gregorio IX. ex c. 21. Exodi II.
- 12 In d. c. 11. Exodi de judicialibus tractatur.
- 13 Ea translata inter Canonicas sanctiones à summo Pontifice.
- 14 Quidquid in volumine decretalium continetur, legis Ecclesiastica habet vigorem, & omnes ligat.
- 15 Cap. inter alia 6. de immunit. Eccl. expenditur.
- 16 Ad concordiam rediguntur isti Textus.
- 17 Generi per speciem derogatur.
- 18 Homicidium per industriam, & insidias patratum excludit à privilegio immunitatis.
- 19 Doctores hanc conclusionem firmantes.
- 20 Hispani Doctores hanc conclusionem firmantes.
- 21 Aliqui Doctores tenuerunt, quod non sufficit qualitas industriae, & insidiarum, sed etiam proditionis.
- 22 Felini dictum explicatur.
- 23 Proditionis qualitas, an verificetur ex solo pretextu amicitie.
- 24 Domini Didaci Covarruvias auctoritas explicanda proponitur.
- 25 Proditio in proprio, & rigorosa significatu quid importet.
- 26 Proditionis verbum in jure promiscue accipitur cum insidiis, dolo, & fraude.
- 27 Expenditur Text. in l. capitalium 16. §. igne, ff. de pœn. cum l. fin. C. de delatorib. lib. 10. & aliis juribus.
- 28 Insidiis appetere, quid in jure significet.
- 29 Idem in jure est insidiare salutem dominorum, ac prodere.
- 30 Servus Domini non est amicus, sed inimicus.
- 31 Ependitur Text. in l. §. in princ. ff. ad leg. Jul. Majest.
- 32 Auctores lingue Latine insidiari proprodere, & e contra, sumunt.
- 33 Proditio, industria, artificium, insidia, fraus, & dolo idem sunt.
- 34 Expenditur Text. in l. fin. §. 1. & §. quoniam, de re militari, lib. 12.
- 35 Insidiari, est decipere.
- 36 Insidiari quid importet in jure.
- 37 Expenditur l. ut vim, ff. de just. & jur. & l. si forte fin. C. ad leg. Corn. de Sicar.
- 38 Insidia etiam sunt manifesta.

- 39 Insidiari quid significet in sacris scripturis.
- 40 Conferuntur Text. sacra pagine in c. 21. Exodi, & c. 19. Deuteron.
- 41 Voluntariè occidere, & per insidias in sacris scripturis idem sunt.
- 42 Homicidium nequiter commissum, an excludat effectum immunitatis.
- 43 Bartoli doctrina quoad hæc, explicanda proponitur.
- 44 Bartolus interpretatus fuit Textum in l. percipiendum, §. delinquitur, ff. de pœn. per exempla.
- 45 Exempla regulam non coarctant.
- 46 Homicidium simpliciter dolo, & merè voluntarium, comprehenduntur sub exemplis Bartoli, si sunt ex proposito.
- 47 Similia sub regula comprehensa, explanatione aliorum non excluduntur.
- 48 Prodere quid sit, juxta Bartoli doctrinam.
- 49 Occidens veneno, proditione occidit, quamvis sit inimicus.
- 50 Occidens per assassinium proditione pariter occidit, licet inimicus censetur.
- 51 Exemplum de socio itineris propositum per Bartolum non congruit cum Text. ab eo adducto.
- 52 Doctrina cujusvis Doctoris intelligenda est secundum jura ab eo allegata.
- 53 Cautela, sive machinatio adhibita ad necandum per artificium, dicitur insidiosa, & proditionis, etiam inter inimicos.
- 54 Exemplum Bartoli, de sedente in mensa potest verificari inter inimicos.
- 55 Absalon, & Ammon, inimici facti fuerunt ex stupro Tamar, & tamen sedendo in mensa Ammon fuit occisus proditione, & per insidias.
- 56 Exemplum de percussente à retro explicatur.
- 57 Inimicitia capitalis excludens proditionem, debet utrique esse nota, ita ut invicem odio, & rancore afficiantur per actus externos.
- 58 Ratio unica vitanda qualitatis proditionis, est possibilis precautio.
- 59 Femina an possit inimica dici.
- 60 Mulier non potest levare saidam, & quid hoc sit.
- 61 In femina non cadit inimicitia, quoad vindictam.
- 62 Femina occidere iniquus est, ac occidere virum.
- 63 Femina bannitam necare impièssimè est.
- 64 Femina pro sexus fragilitate præsumuntur minus avara.
- 65 A femina nullus precaveri potest.

66 Quæ

- 66 Quare ignorantur, & excogitari non possunt, minime comprehenduntur in dispositione.
- 67 Insidiae occultiores, & quae latent simulatione officii, vel alterius necessitudinis.
- 68 Constitutio Gregorii XIV. expendenda desumitur.
- 69 Confusio Auctorum in allegandis nostris Doctoribus, pro sententia excludente proditorem ex inimicitia.
- 70 Proditio consistit in eo, quod occidatur per industriam, & insidias, adhibita machinatione ne defendi possit.
- 71 Exclusio inimici a qualitate proditoris non fuit inducta per Bullam Gregorii.
- 72 Vera resolutio controversa.
- 73 Proditio sive alevosa in Regnis Hispaniae erat definita ante constitutionem Gregorii.
- 74 Leges principis secularis derogare non possunt statuta Canonica.
- 75 Gregorius minime definiit, quod sit proditorie occidere, ob quod interpretari debet iuxta iura patriae.
- 76 Sacri Canones non dedignantur imitari leges civiles.
- Canonica statuta iurantur Principum constitutionibus. ibid.
- 77 Summi Pontifices soliti sunt contemplari traditiones legum civilium ad negotia immunitatis.
- 78 Canonice jus non definit quid requiratur ad homicidium proditorum praeter contenta in d. c. 1. de homicid.
- 79 Lex Hispana nil potest in vim legis contra jus Canonicum, sed ex vi rationis, & consuetudinis, bene quoad interpretationem rei dubiae.
- 80 Lex debet esse loco, & tempori conveniens.
- 81 Religiosi viri non debent fovere privilegium immunitatis in homicida inimici, quia est contra preceptum Christi, & charitatem.
- 82 Gregoriana constitutio quoad homicidium, in nihilo immutavit dispositionem juris.
- 83 Gregoriana usu recepta non est in Regnis Hispania, quia supplicatio interposita fuit.

**D**isputatio haec supervacanea primo aspectu videri potest legenti, ex eo, quoad me non pertineat de articulo immunitatis tractare. At, cum haec quaestio usu frequentissima in forensibus controversiis sit, non abs re erit in abstracto agere, quid juris ad interpretationem c. 1.

de homicid. Et si aliqua de crimine per Angelam patratore praebentur obitur, erit forsitan, ut monumentum hoc possit patens permaneat: quia ut dixit Tacitus lib. 2. Ann. Adeo maxima quaque ambigua sunt, dum alii quoquo modo audita pro compertis habent: alii vero in contrarium verunt: & gliscit utrumque posteritate. Acrem atque peritum Fiscalem, qui accusaret, invenit Angela; elegantem oratorem qui defenderet, quaesivit, quorum disertas allegationes praemanibus habemus. Aureum, ex hoc seculum nostrum habebimus: Minime, aicente Quintiliano in dialog. de Orator. Aureum seculum oratorum, & criminum inops, Poësis, & vitiis abundans, qui beneficia canerent, non qui mala admissa defenderent.

Textus in d. c. 1. de homicid. haec verba 4 continet: si quis per industriam occiderit proximum suum, & per insidias, ab altari meo evelles ut moriatur. Decisio hujus Textus tam clara, & aperta est, ut expositione minime egeat. Sed à Doctoribus ita varie interpretatur, vel quia sensum ad propositum quaerunt, vel quia verum abhorrent, ut eis inspectis magis involvatur, quam explicetur. Plurimi zelo indifferento quidem meo iudicio) tuende venerationis sacrorum, literam evertunt, mentem confundunt, atque sensum ejusdem quaerendo, non inveniunt: imò cuncta contra veram sententiam inculcant. Neque temerè dictum videatur, indiscretum zelum eorum apparere: quia cum Ecclesia Domus Domini sit, zelum pietate instructum versari debere credo circa hoc, ne fiat spelunca latronum; imò Domus Orationis persistat: exemplum Domini nostri Jesu Christi sectantur, qui eementes, vendentes, & usurarios arrepto flagello, eiecit de templo, ut refert Sanct. Joan. c. 2. vers. 17. illud propheticum in ore repetendo, atque opere consummando Psal. 68. ibi: quia Zelus domus tua comedit me. Ut cunctis pateat zelum Salvatoris in eo versari, ut domus Domini mundetur à fordibus fontibus, ibi receptaculum affectantibus: neque hoc per simplicem expulsionem, sed arrepto flagello, ut flagitiorum poenam reportarent. Quod doctè S. Hieronymus perpendit super Mattheum c. 21. ibi: non aliter mundet templum suum, nisi flagello adhibito, ut de spelunca latronum, & de domo negotiationis domum faciat orationis. Zelus namque praepositus est iustitiae, non lenitati nocivae famulatur, atque adeo armari dicitur

ad ultionem. Sapient. c. 5. vers. 18. ibi: Accipiet armaturam zelus illius, & armabit creaturam ad ultionem inimicorum. Hic divinus spiritus de zelo Domini loquitur, ob quod nil mirum quod alienus à Domino quilibet alius zelus dicatur, ad rem noster Euseb. lib. 2. differ. tempor. ab ater. c. §. 1. & noviter doctissimus Magistralis Canonicus Ecclesiae Valentinae Melch. Fuster in concep. Moral. praed. §. 22. ad finem. Sanctum Augustinum allegans serm. 2. de verb. Apost. ibi: Fratres mei, ubi tales inveneritis, occultare nolite, non sit in vobis perversa misericordia.

Supposito hoc exemplo infallibilis veritatis, ejus vestigia sequendo, Praelati Ecclesiarum, & omnes ecclesiastici Doctores, ut zelum justum habere dicantur domus Dei, eam à pravis malefactoribus mundare tenentur. Sic docet idem Sanctus Augustinus tract. 10. super Joan. ibi: Fratres, unusquisque Christianus in membris Christi zelo domus Dei comedatur. Quis comeditur zelo domus Dei? qui omnia quae forte ibi vidit perversa emendare cupit, corrigere non quiescit. De hoc enim plurima exempla in factis scripturis habemus, quibus instrumur zelum Dei versari circa punitionem criminum atrociorum.

Non enim dicitur zelo Dei tactus Moyses quando populum eduxit, pavit, atque ceteris beneficiis affecit; sed quando petente iussit, atque per manus filiorum Levi necavit viginti tria millium, ratione criminis vituli aurei. Exod. c. 32. Phinees, zelo Domini commotus fuit non sacra tractando, sed punitionem Zambri, & Corbi pro crimine prostitutionis, ad executionem deducendo. Num. cap. 25. vers. 11. Non Elizeus vir mitis zelotes dicitur, sed Elias qui sacerdotes Baal necavit in gladio, Reg. lib. 3. c. 18. & 19. si namque iustae punitionis effectus frustrantur, si sub zeli specie, malefactoribus incentivum praebatur delinquendi, nemo tutus in republica Christiana vivere poterit, neque ullum validum satis imperium ad crimina compescenda. Quod Ethnici notum habuerunt, ut refert Tacitus lib. 2. annal. ibi: crebrescebat Graecis per urbes licentia atque impunitas astra latuendi; complebantur templa pessimis servitiis. Eodem subsidio obevrat adversum creditores, suspectique capitalium criminum receptabantur. Nec ullum satis validum imperium erat coërendis seditionibus populi, flagitia hominum ut caeremonias divinum protegentis.

Neque ex his immunitas sacrorum nocumentum recipit, quia ea adinventata in subsidium miserorum, omnique re comprobata ad casus exceptos minime extendendam dico, intactam, relinquendo in his quae sancta Mater Ecclesia sua lenitate protegit, nempè quando casu, impetu, dolore, aut iracundia committitur, secus si per insidias, artificium, fraudem vel machinationem perpetretur; fragilitati humanae, non malitiae succurrendo. Non enim poenarum executio in delinquentes instituta, tantum est ad perniciem eorum, quantum ad exemplum, ne ceteri similia attentare audeant. Sed prohi dolor! obliterata memoria acerbi facinoris, misericordia ducimur erga facinosos, absque contemplatione pessimi exempli, quod ex lenitate resuleat. Sed male humanis ingenii natura consulit, quod plerumque non futura, sed transacta perpeadimus: sic scitè Curtius, de Alex. lib. 8.

Ad institutum redeundo, verba d. c. 1. de homicidio, desumpta sunt à Gregorio IX. summo Antistite ex cap. 21. Exod. quare juxta sensum litteralem capienda sunt in eo capite quae facer. Vates de iudiciis expressè tractat, ut probatur ex principibus capitulis 1. ibi: Haec sunt iudicia quae propones eis, & sic de iudiciis cuncta intelligenda sunt, ac per consequens dum jubet ab altari evelli ut moriatur, qui per industriam & insidias occiderit proximum suum, de iudiciali extractione debemus interpretari, ita ut regula ad iudicia statuatur per quam quicumque per industriam, & insidias occiderit, seculari iudici tradi debet, ut poena condigna sceleris puniatur. Quibus cuncta, quae ab aliquibus dicta fuere, hunc Textum intelligendo de extrajudicialibus procedimentis exclusa remanent. Et quanquam alii de altari legis veteris intelligendum putent, convincuntur ex eo, quod ad hunc effectum non erat necessarium quod summus Pontifex inter canonicas sanctiones ea verba collocaret, inepta esset appositio in volumine decretalium, si vim non obtinisset canonis, atque legis ecclesiasticae. Cum autem Pontifex in eo volumine inferi jussit, in quo jus canonicum praecipue continetur, legis canonicae vigorem obtinuisse est dicendum, qua omnes ligantur, dummodo à summo Pontifice legitime derogatum non sit, ut pluribus probat August. Barbosa in cap. 1. de constit. num.

num. 2. quibus addendus P. Marquez in Guber. *Christ. lib. 2. cap. 32.*  
 Abbas in *glos. istius Textus* rationem dubitandi proponit desumpta ex *cap. inter alia 6. de immunit. Eccles.* quasi ex eo quod in illo Textu, ratum publicus latro, & nocturnus depopulator agrorum ab immunitate arceantur, ceteri quantumvis graviora delicta commiserint ea fruatur, etiam si homicida per insidias & industriam sint. Sed nihilominus, dispositio nostri Textus procedit, quia si uterque Textus accuratè perpendatur, neque contrarietas resultat, neque erit necessaria inductio derogationis, cum in *d. c. inter alia* tractetur de illis criminibus quæ juxta *sacrorum statuta canonum*, & *traditiones legum civilium* expellunt à privilegio immunitatis: in *d. c. homicid.* de crimine jure divino prohibito, & sic exclusio ab immunitate secundariè, dimanat à jure divino, ut accuratè P. Marquez exponit ubi proxime. Sicut & criminà patranes in ipsa Ecclesia, qui pariter excipiuntur per *Text. immunitatem 10. eodem tit. vel si malis, generi in d. c. inter alia* contento ibi: *quantumcumque gravia malficia patrauerit*: per species contentas in *d. c. 1. & in c. immunitatem derogatum* sit ex regula *Text. in l. 100. jure 80. ff. de regul. jur. l. sanctio 41. ff. de pæn.* Cum vulgaris adductis per Petrum Fabrum & Revardum in *d. l. 80.* & August. Barbof. *axiomat. 107. num. 1. cum segg.*  
 Ex his resultat, quod communiter iste Textus interpretetur, ita ut quicumque dolose per industriam, & insidias hominem occiderit de Ecclesia evelli debeat, ut condignè per judicem puniatur. Ita docent Abbas antiquior, Ancharran. Anania, Butrio, Felin. in *cod. Tex. Alexander consil. 145. num. 5. lib. 7. Guid. Pap. decis. 121. per tot. Mayner. in l. nemo de domo, num. 20. ff. de regul. jur. Papiens. in pract. tit. de form. inquisit. verbo hoc est quedam inquisitio, num. 31. Franc. Marc. decis. 268. num. 2. lib. Vulpel. tract. de libert. Eccles. parte 1. n. 27. & seq. Marta de *jurisdic. parte 2. cap. 51. num. 4. Abbas Jun. in cap. si clerici in prin. n. 41. Thomas Cerdan. in *visit. Carcer. cap. 13. n. 13. Aleiat. de *presump. regul. 3. pres. 33. num. 4. & lib. 7. Parerg. c. 16. Paponius lib. 1. Arrest. 18. tit. 2. Petr. Rebuf. ad leg. Gal. Rub. immunit. Eccles. artic. 1. quæst. 5. Plotus *consil. crimin. 133. à num. 1. Gigas de crim. l. f. majest. tit. qualiter & à quibus*****

*quæst. 10. num. 17. Tiber. Decian. iract. crim. lib. 6. c. 28. num. 12. & lib. 7. cap. 30. num. 6. Anast. Germ. de sacror. imm. lib. 3. c. 16. n. 59. Joseph. Ludovic. decis. Lucens. 16. num. 33. Faquin. lib. 9. contravers. cap. 93. Don Ludo. Peguer. decis. Catal. 54. per tot. Farin. in *praxi quæst. 18. num. 74. & quæst. 28. num. 24. & cons. 76. num. 18. Petr. Caball. tract. de homicid. num. 388. cum segg. Camil. Borrel. in *sum. decis. tit. 3. de his qui ad Eccles. confug. n. 76. Melchior. Phebo decis. Luff. St. tom. 1. P. Suarez de relig. t. 1. lib. 3. tract. 11. num. 10. Henriquez in *sum. lib. 14. de irregul. c. 14. §. 2. in com. lit. O. Cencdo collect. 136. ad decretal. P. Molina de *Just. & jur. tract. 3. disput. 23. num. 4. Valer. Reginal. in *prax. for. consil. lib. 30. num. 91. Molin. de *sacr. immunit. homicid. immunit. §. immunit. Eccles. num. 16. vers. num. proident. Jul. Clar. in §. homicidium n. 9. & in §. fin. quæst. 30. vers. punctus est. Baiard ad Clarum. d. quæst. 30. numero 17. Fagundes de *Prelat. Eccles. tom. 1. tract. 2. lib. 3. cap. 11. numero 10. Cardinal. Tusc. lit. E. concl. 11. num. 5. Galgancet. de *jur. publ. lib. 3. tit. 69. numero 30. Gambacurt. de *immunit. lib. 5. cap. 4. Portel. in *dub. regul. verb. Eccles. immunit. num. 15. Menoch. de *arbitr. cas. 161. num. 27. Giurba *consil. 2. num. 35. Mastril. de *indult. cap. 28. num. 2. Ant. Fab. in *c. lib. 1. tit. 4. de *fin. 1. Guazzin. *defens. 1. cap. 38. num. 40. Petr. Gregor. *syntagm. lib. 33. cap. 22. num. 3. & de *repub. lib. 13. cap. 22. Hoffstien. in *sum. Rub. de *imm. num. 8. Sesse de *inhib. cap. 8. §. 4. ex *num. 55. Fontanell. de *paët. nup. claus. 4. glos. 14. num. 18. P. Layman. *Theol. mor. tom. 2. lib. 4. tract. 9. cap. 3. num. 8. Julivius *Carrar. decis. crim. 4. num. 12. & decis. 95. num. 1. cum *segg. Don Mar. *Culrel. de *immunit. lib. 1. quæst. 1. num. 3. & quæst. 51. per *tot. novissimè Don Michael. *Cortjada *decis. Catal. 96. ex *n. 4. tom. 1. & decis. 97. n. 18. ubi *plures decisiones in *terminis refert, & Don Didacus *Francès *Utrutigoyti *Episcopus *Balbast. *tract. de *compet. *juris. quæst. 91. n. 13. qui *plures alios adducunt.*  
 Ex Doctoribus nostræ Hispaniæ Alphonsus Toftatus Abulenfis *Præsul. super cap. 21. Exod. Dominus* Don Didacus Covarr. *Præsul. Segov. lib. varior. c. 20. num. 7. Ant. Gomez, *variar. lib. 3. cap. 3. num. 5. & cap. 9. num. 2. & cap. 10. num. 2. vers. quinto *limita, Petrus *Plaça in *epit. lib. 1. cap. 21. num. 2. Montalvus in *l. fin. tit. 6. lib. 1. *for. leg. *verb. *Quebrante *la *Iglesia Joann. Gutierrez *practicar. lib. 1. g. 2. num.**

numero 17. & libro 3. quæstione 7. numero 52. Cevallos *com. contr. comm. quæstione 684. Menchaca de *succes. creat. libro 3. capite 22. limit. 17. numero 33. Didacus *Perez in *leg. 6. titulo 2. lib. 1. & in *leg. 33. titulo 19. lib. 8. ordin. Evia *Bolaños in *Cur. Philip. parte 3. §. 12. numero 30. Villadiego *politic. capite 3. numero 108. Navarr. in *Manual. capite 15. numero 21. Azevedo in *leg. 33. titulo 2. libro 1. *recol. Humada ad *Dominum *Gregor. Lopez in *leg. 4. titulo 11. part. 1. numero 4. Suarez de *Paz in *pract. titulo 1. parte 5. capite 3. §. 3. numero 113. Bobadilla *politic. lib. 2. cap. 14. num. 33. D. Joann. *Vella de *delict. parte 1. cap. 25. numero 1. Pater *Sanchez in *consil. *moral. parte 1. lib. 6. capite 1. *dub. 8. numero 16. & 17. P. Marquez *d. lib. 2. cap. 32. Augustinus *Barbosa (qui licet *Lustanus *esset, jura *nostra *explicat) de *jur. Eccles. lib. 2. cap. 3. numero 88. cum *segg. *præcip. numero 99. ad *finem, & in *d. cap. 1. de *homicid. ex *numero 4. in *d. cap. *inter *alia, ex *numero 45. Alphons. *Narbona in *l. 20. tit. 1. lib. 4. *recol. *glos. 12. numer. 106. Didacus *Narbona *tract. de *etate *anno 7. quæst. 14. num. 7. & *Ayllon ad *Gomez. d. cap. 3. num. 6. & *d. cap. 10. numero 3. qui *plures etiam *laudant.*  
 Aliqui ex his, & plures alii, præcipuè ex Theologis casus conscientie compilantibus, quamquam in nostro Textu nullum verbum habeatur de prodicione, tenuerunt quod ad hoc ut reus immunitate Ecclesie iuvari non possit, requiratur ultra industriam, & insidias, quod per prodicionem occiderit. Quod probare nituntur auctoritate Felini in *d. cap. 1. de homicidio*: qui ait, ex Ancharrano & Joan. Andr. *per industriam, & insidias: id est proditoriè.* Tanquam si prodicionis qualitas, aliquid amplius sit, quam industria, & insidia. Sed decipiuntur meo iudicio, cum in Textu nulla mentio de prodicione fiat: imò Felinus exponendo quid industria, & insidia importent, dixit, id est proditoriè. Nec immeritò, vel impropiè, quia in jure promiscuè insidia, & proditio, tanquam synonyma accipiuntur. Sed isti Doctores inferunt quod ad hoc ut homicida immunitatis privilegio careat, requiritur probatio specifica prodicionis, quam consistere in eo asserunt, quod occiderit sub prætextu amicitia, vel saltim, quod quoties inimicitia intervenit inter necentem, & occisum, cesset qualitas**

prodicionis. Et nituntur auctoritate Bartoli in *l. perspicendum, §. delinquitur, ff. de pæn.* Ob quod quamvis comprobetur industria, quamquam adsint insidia, reus gaudere debeat privilegio immunitatis. Sed hæc interpretatio abest proflus à mente, & verbis nostri Textus, in quo clarè cavetur quod occidens per industriam, & insidias careat immunitate, absque eo quod fiat aliqua mentio de prodicione, ut legenti patet. Neque id ex opinione mea procedit, sed ex solida doctrina præstantissimi Domini Didaci Covarruv. in *d. capite 20. numero 7.* quo latissimè nostram sententiam comprobatur, & denique concludit in *vers. tandem*, in hunc modum. *Scribit tamen Bartolus in *d. l. §. delinquitur, eum qui proprium inimicum, etiam à tergo, & incautam occiderit, non esse proditorem homicidam: quia inimicus debuerat cautè providere, & precavere ab inimico. Sequitur *Gerardus singular. 14. adversus quos ego animadverto, id homicidium commissum fuisse per industriam insidiosam; quod sufficit ut homicidium proditorium dicatur. Text. in *capite 1. homicid. Doctrina namque Bartoli, ut inferius apparebit nulla Textus decisione juvatur, sed contrarius ex verbis expressis nostri Textus deducitur. Farin. d. quæstione 18. numero 76. Postquam opinionem Bartol. adduxit ait, in *1. quorum tamen opinio nullatenus tenenda est, Petrus Gabal. d. tract. de homicid. numero 389. ibi: committitur autem hoc homicidium ex insidiis, quando nullo dicto verbo à tergo alium quis vulnerat, & occidit: nam talis percussus ex insidiis dicitur appetere, & per industriam id facere, ut est *Text. in *capite 1. de homicid. Julius Clarus d. quæstione 30. num. 11. cum sententia Domini Covarruvias clarè conformatur. Sed in *d. §. homicidium clarius num. 9. ibi: & hoc utile est scire, quia interficiens aliquem ex insidiis si confugiat ad Ecclesiam non gaudet. Ant. Faber in *c. lib. 1. tit. 4. de *fin. 1. ibi: Quæ de *causa *ipsis *sacris *canonibus *constitutum est, ut in *gravioribus *delictis *puta *lese *majestatis, *homicidii *præmeditati & aliis *hujusmodi *nullius *immunitatis *favor *obtendi *possit, Tiber. Decian. *d. lib. 7. cap. 29. num. 19. in *fin. ibi: & pariter dicimus proditoriè quem interfecisse quando incautum & de *repro *offendit. Fontanella *d. claus. 4. glos. 14. num. 118. ita, postquam retulit opinionem Bartoli, concludit: *Ea tamen opinio nullatenus est tenenda cum videatur expressè contra *Textum***********************************

*in dicto capite 1. de homicid. quo probatur fulam insidiosam industriam effecere delictum proditorium.* Et sic plures alii ex relatis supra, numero 18. cum duobus sequentibus.

25 Sed quamvis ex his doctrina Bartoli sufficienter exclusa remaneat, quia tota vis contraria opinationis nititur in ea, examinanda prorsus est. Ad quod, suppono in primis, ut superius dictum est, quod licet proditio variè sumatur à Doctoribus juxta Gloss. in cap. clericus 1. 46. disticta. & notat Farin. d. quast. 18. num. 78. & propriè dicatur quando contra principem, sive statum publicum aliqua moluntur, notat Vincent. de Franq. decis. 7. 13. numero 15. cum aliis ab eo laudatis, & jure nostro cautum reperitur in l. 1. tit. 2. part. 7. ubi Gregor. Lopez.

26 Azeved. in leg. 10. tit. 23. lib. 8. recopil. numero 4. Tamen in jure civili promiscuè, tam à Jurisconsultis quam ab Imperatoribus & scribentibus, proditio, insidia, fraus, machinatio, & dolus communiter sumi solent. Ita ut idem sit occidisse per insidias, ac proditorie, vel dolo malo. Quod pariter auctoritate scriptorum linguæ Latinæ ex antiquioribus, & melioris notæ comprobatur.

27 Sic mihi probat Text. in l. capitalium 16. §. igne 11. ff. de pan. junctis l. servum 6. cum duob. seqq. C. de delator. libro 10. Nam in d. l. capitalium, §. igne, sic dicitur: *igne cremantur plerumque servi, qui saluti dominorum suorum insidiaverint.* Qui sint isti servi, qui insidiaverint, explicat Imperator in d. l. servum 6. ibi: *servum domini delatorem jubemus in exemplum omnium proditorum severissimæ sententiæ subjugari.* Qualis sit hæc severissima sententiâ, explicatur in duabus legibus subsequentibus, quæ licet in vulgata non reperiantur in editione Florentina habentur & adducuntur à Jacobo Cujacio, in d. l. neque 7. ibi: *servus quidem statim igni traditur: & in l. fin. in prin. ibi: & propter hanc occultam accusationem insidias aliis agere; ita ut pœna imposta per d. §. ignem, eadem est ac statuta in d. l. servum & in d. l. neque; crimen accusare Dominum, quod, in d. §. igne, & d. leg. finali, insidiare dicitur, sive insidias agere, & in d. l. servum prodere ac per consequens idem prodere ac insidiari.* Ex hac comprobatione Textuali duo resultant; primum quod idem est insidiari salutem dominorum, ac prodere. Secundum quod ad prodicionem non requiritur quod prætextus amicitiae intercedat: nam in d. leg. servum, habetur quod servus est proditor domini sui, & inter dominum & servum non adest amicitia, sed inimicitia, cum servi æmulentur dominis. Bene Q. Curtius lib. 7. de Alex. ibi: *inter Dominum & servum nulla amicitia est.* Quod mihi probat Text. in leg. unius 13. §. servo, ff. de quast. ibi: *neque enim oportet salutem Dominorum, servorum arbitrio relinquere.* Quia ex eo servi non torquentur in caput domini, ne faciliter salutem quam appetunt insidiis pervertant. Sic Julius Paulus libro 5. Sentent. titulo 16. §. 4. Gotofred. ad illum Textum, & Cujacius in dicto §. 4. Sed melior Text. desumptus ex sacra pagina Micheæ capite 7. versu 7. & Matthæi, capite 10. versu 36. ibi: *& inimici hominis domestici ejus.* Prosequitur divus Augustinus lib. 19. de civit. Dei, cap. 5.

31 Sed ut pergamus, melior ad comprobendam idemittatem prodicionis, & insidiarum Textus in lege 4. in prin. ff. ad leg. Julianam majest. Quo Cevola eleganter respondit: *lege Julia Majestatis teneri eum cujus dolo malo exercitus Populi Romani in insidias deductus. hostibus vi proditus erit.* In eo enim Jurisconsultus unum, & idem esse in insidiis deducere, ac prodere docet; ut ad rem interpretatur Don Ludovicus Peguera dicit. decis. 54. numero 7. ibi: *Nam hæc duo nomina, proditio scilicet, & insidia synonyma sunt, & unum, & idem significant.* Quod percipitur ex Tito Livio Histor. Roman. decade 3. libro 5. capite 16. ibi: *Gracchus fraudem sermone, & rei abesse ratus ac similitudine veri captus, cum libertoribus ac turma equitum ex castris profectus. Duce hoste in insidias precipitatus. Hostes subito exorti, & ne dubia proditio esset, Flaccus his se adjungit, relaudique in Gracchum atque equites conjiciuntur.* Perpende seriem narrationis, & verba; & invenies quod idem factum pro fraude, insidiis, & prodicione accipitur. Tullius Cicero Orationis 38. pro Milone, numero 27. sic ait. *Interim cum sciret Claudius (neque erat difficile scire) iter solemne legitimum, necessarium ante diem 13. Kalendis Februarii Miloni esse Lanuvium ad flumen prodendum, quod erat dictator Lanuvii Milo: Româ subito ipse profectus pridie est,*

ut ante suam fundum (quod re intellectum est) insidias collocaret: Attende factum, & percipies, quod ad prodendum Clodium insidia collocantur, quia unum aliud consequitur. Cornelius Tacit. lib. 2. histor. capit. 25. sic pariter dicit. *Celsus doli prudens represit suos. Vitelliani temere exurgentes, cedente sensim Cello, longius sequuti, ultro in insidias precipitantur.* Et paulo post, de eodem conflictu, & eisdem loquendo, si dicebat. *Vidus Praefectus Castrorum, Julius Gracchus tanquam fratri apud Othonem militanti prodicionem ageret: cum fratrem ejus Julium Frontonem Tribunum Othoniani sub eodem crimine vinxissent.* Ecce quomodo dolus pro insidiis apponitur, & utrumque pro crimine prodicionis. Quintus Curtius lib. 4. de Alex. sic scripsit. *Verum enim vero milites meos litteris ad prodicionem, modo amicos ad perniciem meam, pecunia sollicitat, ad interfectionem mihi persequendus est; non ut justus hostis, sed ut percussor venescit.* Hæc namque Alexandri querela de Dario hic tantum proditio vocatur, sed quando causa ejusdem scribitur, & proditio, & insidia dicuntur, ut eod. lib. 4. paulo ante, ibi: *intercepto deinde Darii littera sunt quibus Græci milites sollicitabantur, ut Regem interficerent, aut proderent: dubitavitque an eas pro concione recitaret, satis confusus Græcorum quoque erga se benevolentia, ac fidei.* Sed Parmenio deteruit, non esse talibus promissis imbuendas aures militum: patere vel unius insidiis Regem. Valerius Maximus lib. 6. capite 5. hæc tradit: *Ut adversus hujus generis insidias cautius se gereret, nec eum qui bene mereri paratus fuerat prodere voluit.* Casiodorus lib. 4. epist. 35. ibi: *insidiarum laquei frustrentur, & lapsis atas lubrica subveniret. Obruereur quippe innocentia si relaxaretur audacia, essetque cunctis fallendi studium si fraus subreptitium lucraretur effectum.* Ex his, & aliis plurimis, quæ omittuntur, facile percipi potest, quod industria, artificium, insidia, fraus, dolus, & proditio, in jure civili, & à peritis linguæ Latinæ, pro una eademque re usurpantur. Sed dices dicto cap. 1. de homicid. jus Canonicum esse, atque adeo interpretandum secundum æquitatem Canonicam. Ad quod respondeo quod interpretetis juris Canonici sic pariter interpretantur, ut ex Ancharano, Joan. Andr. & Felin. dictum remanet, qui pro insidiis & fraudibus, de Re Crim. Pars I.

diis & industria, prodicionem exponunt. Glossa in d. cap. clericus 3. 45. disticta. inter species prodicionis quas enumerat, ad institutum nostrum pertinet hæc. *Qui malitiosè circumvenit alium, & callide seducit ut in periculum salutis trahat.* Neque aliud insidia sunt: probat Text. in cap. si cupis 5. 16. quæstione 1. ibi: *Habeto simplicitatem columbae, ne cuiquam machineris dolos; & serpentis astutiam ne aliorum supplanteris insidiis.*

34 Quæ adhuc comprobantur ex Text. in leg. fin. §. 1. juncto §. quoniam 7. C. de re milit. lib. 12. Nam Imperator in d. §. 1. sic rescripsit: *ne per multitudinem eorum qualibet machinatione damna contra milites nostros aggeri contingat: Et in d. §. quoniam, ibi: ne postea nihilominus tanta contra milites nostros insidia, tantique confuso querelis, quas eis ingeri contigerit, generentur.* Agit utrobique de iudice ordinario ad suum forum milites cautè trahente, & pro una eademque re machinationes moliri, aut insidiis appetere, utitur. Neque improprie; nam in vero significato insidiari est decipere, telis Nonio Marcellino lib. de propriet. sermon. cap. 4. numero 450. optimè ad rem Cicero, libro 4. ad Heren. ibi: *hujus sceleris sunt affines, qui uno consilio universis civibus atrocissimas calamitates machinantur: vester enim vos animus amantissimus reipublica facile edocet, ut eum qui fortunas omnium voluerit prodere, precipitem perturbetis.* Sic namque appareret quod machinatio, insidia, decipio, & proditio, idem in effectu sunt.

36 Hinc profluit quod alicui insidias ponere vel insidiari sit mortem hominis querere, technas, artificium, machinationem, & fraudem, laqueos parando, ut deducitur ex Textu in leg. ut vim 3. ff. de just. & jur. ibi: *hominem homini insidiari nefas est:* Sic ad rem interpretantur Tiber. Decian. dicto libro 6. capite 26. numero 15. & dicto libro 9. capite 28. numero 2. Augustin. Barbosa & Pater Sanchez ubi proximè.

37 Quæ comprobantur ex Textu in leg. licet, C. ad leg. Cornel. de sicar. ibi: *insidiantem prætereuntem.* Et in lege, si forte final. eodem ibi: *si forte mulier marito mortis parasse insidias.* Neque hæc limitanda ad clandestinos laqueos, vel secretas machinationes: nam publica insidia in jure expressè reperiantur. Textus in leg. 1. C. de formel. sublat. ibi: *au cupatione syllabarum insidiant.*

X 2 105

tes. Quia si hæc in iudiciis fiebant, ut omnibus notum est, publicè fieri fateri debemus. Melior ad rem Text. in leg. libertis 25. C. de inof. testam. ibi: *insidiæ que cum vel clandestinis vel manifestis appetunt.* Quid expressus? Cicer. lib. 15. epist. 2. ad Consul. ibi: *ad se indicia manifestarum insidiarum delata sunt.* Ex quibus facillè inferri valet, quod cum insidiæ, & proditio idem sunt, ad hoc ut talis qualitas comprobetur, nil relevat an publicè, vel occultè fiant: dummodò interveniat fraus, & deceptio.

39 In sacra pagina, à qua desumptus fuit Textus, insidias parare per industriam, idem est ac animo deliberato, & appensate aliquem occidere, vel voluntariè. Probat ex d. cap. 21. Exod. vers. 12. ibi: *Qui percussit hominem volens occidere, morte moriatur. Qui autem non est insidiatus, sed Deus illum tradidit in manus ejus, constituam tibi locum in quem fugere debeat.* Si quis per industriam occiderit proximum suum, & per insidias, ab altari meo evelles eum, ut moriatur. Hæc eadem dispositio reperitur expressa cap. 19. Deuteron. vers.

40 4. ibi: *Qui percussit proximum suum nesciens, & qui heri & nudius tertius nullam contra eum odium habuisse comprobatur, sed abisse cum eo simpliciter, hic ad unam supradictarum urbium fugiet, & vivet.* Et vers. 11. ibi: *si quis autem odio habens proximum suum insidiatus fuerit vite ejus, surgensque percussit illum, & mortuus fuerit, fugerique ad unam de supra dictis urbibus, mittent seniores civitatis illius, & arripient eum de loco effugii, tradentque in manu proximi cujus sanguis effusus est, & morietur.* Et ut bene cum nostro

41 Abulensi, & Lipomano, notat Faquineus d. cap. 93. quem sequitur Layman. d. cap. 3. numero 8. Quod in Exodo dicitur qui non est insidiatus: in Deuteronomio scribitur qui percussit nesciens. Et quod in Exodo exprimitur, qui percussit volens, in Deuteronomio habetur: *qui odio habens insidiatus fuerit.* Ita ut idem utrumque sit, & ex inimicitia vel odio, non excludatur à pœna privationis effugii, verum etiam odium requiratur ut similis privatio procedat. Ex quibus inferitur quod idem est voluntariè, animoque doloso, & deliberatè occidisse, ac per insidias. Quem sensum ad judicialia amplectuntur Bellon. tract. de his que sunt in contin. cap. 65. numero 17. Gambacurt. de immunit. d. lib. 5. cap. 29. & 31. Marquez. de cap. 32. Giurba

consl. 86. numero 3. Barbosa d. cap. 3. numero 88. Vrutigoyti d. quæst. 91. num. 13. Et sic non obstantè doctrina Bartoli in sententia plurimorum, prævalet conclusio per quam ratione cujusvis homicidii nequit, & appensate patrati, amittitur privilegium immunitatis, juxta decisionem nostri Textus, ut pluribus probant Barbosa d. cap. 3. n. 99. & Cortiada d. decis. 96. ex num. 4. & decis. 97. num. 18.

Sed quia Doctores contrariè opinionationis ducuntur auctoritate Bartoli in d. §. delinquitur, ejus substantia examinanda venit. Verba Bartoli sunt hæc: *Advertratis dicitur hic, aut proposito delictum fit, quando ex proposito antecedenti: & istud delictum committitur duobus modis: uno modo insultando. Est autem insultus in alium saltus: ut probatur in leg. 1. §. cum arietes supra si quadru. pauper. fecit. dicat. & leg. si quis aggressorem, C. ad leg. Cornel. de Sicar. Alio modo committitur ex proposito proditorie: est autem prodere unum actibus ostendere, aliud in mente gerere: ut notatur supra de prævaricat. leg. 1. & sup. ad leg. Jul. Majest. leg. 4. in prin. & ideo si veniens tecum tanquam socius itineris nulla interveniente rixa te percussio, non possum dici contra te fecisse insultum: sed dicor hoc fecisse proditorie, quia aliud gerebam in animo quam gerebam in actu. Pro hoc C. de delatoribus leg. fin. lib. 10. vel si sedens tecum in mensa hoc faciebam, vel si cum tibi essem amicus, saltim inter te, & me nullas erat rancor, percussio te de retro. Secus si esses mihi inimicus, ita quod esset rancor inter te & me: & tunc te proditorie non percussio: quia illud quod facio in actibus ostendebam.*

His verbis Bartolus interpretatus fuit Text. in d. §. delinquitur per exempla: non rationem dubitandi per argumenta proponendo, neque decidendi legibus comprobata illustrando. Ait namque ex proposito delinquit per insultum & prodicionem, & imptimis labitur in comprobatione definitionis insultus, quia neque d. lex 1. §. cum arietes, neque d. lex, si quis aggressorem, probant quod insultus sit in alium saltus: cum in utroque Textu agatur de aggressore: & non omnis aggressio fiat ex proposito, ut alibi dixi. Verum ex duobus exemplis ab eo traditis regula non coarctatur, ita ut si alio modo ex proposito delinquit possit à dispositione Textus excludatur, ex eo quod Bartolus non meminisset. Imò quoties prævia animi, seu voluntatis delibe-

ratio intercedat, delinquit ex proposito dicendum est, quia in delictis voluntas spectatur. Text. in leg. divus, 14. ff. ad leg. Cor. de sicar. l. 1. c. eod. Cabal. de homicid. numero 16. Et ratio est, quia exempla regulam non restringunt, Text. in l. 1. §. quod vulgo ff. de vi & vi armat. Cum aliis plurimis adductis per Barbofam axiom. 86. numero 2. quod evidenter apparet, quia plurima sunt crimina, quæ ex proposito committuntur, ultra insultum, & prodicionem, verbi gratia, homicidium simpliciter dolosum, nempe quando quis ex prævia animi deliberatione aliquem de facie ad faciem percussit. Text. in l. 1. §. divus Hadrianus, ff. ad leg. Cornel. de sicar. ibi: *si gladium strinxerit & in eo percussit.* In homicidio voluntario metè abtque aliqua prævia causa. Text. in l. 1. c. eod. ibi: *si voluntas nocendi intercedat, in necante infantem.* Text. in l. si quis 8. C. ad leg. Cornel. de sicar. in jacentem lapidem pravo animo ex fenestra ut transeuntem incognitum interficiat, & his similibus, in quibus neque insultus fit, quia non adest in alium saltus, ut Bartolus voluit, neque proditio, quia non ostenditur aliud in actis, & aliud mente geritur. Et tamen hæc omnia comprehensa manent in decisione Textus, in d. §. delinquitur, quamvis Bartolus non fecisset de eis mentionem. Quia similia sub regula comprehensa, explicatione aliquorum, & non excluduntur, §. hætenus, in fin. de grad. Craver. cons. 544. numero 25. Azevedo in l. 4. tit. 20. lib. 8. recopil. num. 24. cum aliis adductis per Barbofam d. axiom. 86. n. 2.

48 Pergit Bartolus, & ponit regulam quod prodere sit unum actibus ostendere, aliud in mente gerere, & allegat Text. in l. 1. de prævaricatorib. & d. l. 4. in princip. ff. ad leg. Jul. Majest. in d. l. 1. non agitur de prodicione secundum subjectam, materiam, quia ibi prodita causa sua intelligitur de Procuratore, Advocato, qui causam clientuli donat, vel vendit adversario, revelando seu prodendo instrumenta, & probationes, qui quidem unum decipit sub prætextu patrociniandi, ut probat Ant. Matth. d. lib. 47. ff. tit. 9. cap. 1. num. 2. & 3. Quod licet adaptari possit aliquando in homicidio, utpote, si quis ad pugnam, ut patrocinetur invitatus, auxilium adversario præstiterit ad occidendum eum quem defendere & patrocinari debebat, D. D. Laur. Mathan, de Re Crim. Pars I.

Sed non ex eo puto quod hæc sit vera definitio, quia plures prodiciones reperiantur in quibus nequaquam verificantur omnes istæ circumstantiæ. Et cum definitio converti debeat cum definito, ut tritum est inter Philosophos, clarissimè apparet regulam Bartoli ex eodem Textu non comprobari nisi in quantum prodere sit decipere, quod ex Nonio de insidiis diximus supra num. 35. in d. l. 4. in princ. ut superius dictum est, imò probatur quod proditio, & insidiæ idem sunt, ut cum Peguera dixi num. 11. sed demus quod regula Bartoli subsistat; ex ea necessariò inferitur, quod quoties intervenit simulatio voluntatis occidendi, quoties non ostenditur intentio nocendi, adest proditio, etiamsi per inimicum hæc fiant. Quod comprobatur ex eo, quod necans aliquem veneno, per insidias, & proditorie necare dicitur, Text. in l. 1. §. quod si quis 18. ff. ad Sillaniam, ibi: *qui veneno, vel aliquo alio modo insidiatur, cum pluribus adductis per Barb. d. c. 3. num. 94. & in summ. decis. Apostol. collect. 409. num. 7. & collectan. 417. n. 10. Thomas del Bene de immunit. tom. 2. c. 16. dub. 20. sect. 2. num. 1. Fatinae. de immunit. num. 142. cum aliis relatis controversi. præced. num. 154. Qui interficit per assallinium, proditorie, pariter necat, pluribus Barbofa d. cap. 3. num. 93. Gutierrez præf. lib. 3. quæst. 7. num. 14. & 15. & tamen in his non requiritur comprobatio qualitatis simulationis amicitie, neque tales prodiciones excluduntur ex eo quod comprobetur odium, inimicitia seu rancor, quia indistinctè amicus, vel inimicus necans per assallinium, vel veneno immunitatis privilegio privatur, ac ceteris pœnis prodicionis veræ subjicitur. Ulterius Bartolus procedendo, primum exemplum prodicionis posuit in socio itineris, qui secum ambulans percussit nulla præcedente rixa, & hoc comprobatur ex Text. in l. fin. C. de delatorib. lib. 10. Et si sit d. leg. servum 6. juxta vulgatam (in qua dux leges sequentes non habentur) si sit d. l. ne liceat 8. in princ. juxta Florentinam editionem, non de amico Imperatores rescripserunt. Sed in d. l. servum, de servo deferente domino quem in exemplum omnium proditorum severissima pœna subjugari, iusserunt, abtque eo quod mentio in eo Textu fiat de deceptione sub prætextu amicitie, itineris, aut societatis: imò ut dixi supra numero 29. cum sequentibus, X 3 servi*

servi dominorum sunt inimici, *in d. l. ne liceat*; de insidiis fit mentio, ibi: & propter hanc occultam accusationem insidias alius agere. Deficit namque explicita mentio proditoris, atque requisitum habendi aliud in ore, & aliud in corde. Si enim doctrina cujusvis Doctoris intelligenda est juxta jura ab eo allegata, ut docet ipse Bartol. *in leg. non solum*, §. liberationum verba 7. ff. de liber. legat. & post eum Joan. Gutierrez lib. 1. practicar. quest. 2. num. 22. & Valenzuel. conf. 187. num. 106. & consil. 194. numero 10.

Quando apparet quod in Textu allegato per Bartolum in hoc primo exemplo de inimico potius quam de amico tractatur; nam servus amicus non est, sed inimicus reputatur, ut probavi, doctrina Bartoli debet intelligi de inimico potius, vel saltem ita de amico, sicut de inimico. Nam tota ratio computandi servum delatorem inter prædictores, est quia accusando dominum saluti ejus infidiatur, sub illo artificio sive machinatione, ut deducitur ex eodem Textu junct. *d. leg. capitalium*, §. igne, cum ceteris adductis supra, numero 27. cum seqq. Unde resultat, quod quoties machinatio sive cautela adhibeatur ad occidendum securè, infidiæ artificiosæ adfunt, quod est idem ac proditio, sive id fiat inter amicos, sive inter inimicos. Quod enim infidiæ, & artificiosa machinatio reperiantur ubi inimicus inimicum querit cautè ad occidendum, in Ecclesia; Palatio, vel Curia, & ibi adinventum nequiter, & à tergo percutit ex improvise, & occidit; solum dubitari valet ab eo, qui dubitandi prætextum desiderat.

54 Secundum exemplum ponit Bartolus ibi: *vel sedens tecum in mensa hoc faciebam*, in quo nullum Textum allegat, & nihil addidit de amicitia, vel inimicitia, & merito. Quia licet rarè, possibile est quod inimici in eadem mensa sedent. Ut facta pagina testatur contigisse lib. 2. Reg. cap. 13. referendo facinus Absalon occidentis fratrem suum Ammon sedentem cum reliquis fratribus in mensa, ad quam omnes invitaverat, præcedente causa inimicitie gravissimæ, resultantis ab stupro Thamar fororis. Quod quando inimicitia secretè fovetur, passim contingere potest, vel quia ab ignorante inimicitie causam, ambo invitati sunt ad convivium; vel quia casu concurrunt in diversorio. Nonne idem dicendum, quoad illum, vel illos, qui in Curia;

aut Palatio, aut Ecclesia concurrunt, ubi non irixæ, non pugnæ, non vindictæ tractantur, sed lites prosequuntur, negotia expediuntur & sacra celebrantur? Nonne in milite palatino, qui in ipsa fermè statione munus implet, & à commilitone, vel ejus uxore illuc accedente, callidè necatur? Non enim Bartoli exemplum contemplatur materialem concursus in mensa, sed morale fidei communis vinculum in loco prorsus alieno à vindicta, percussione, & nece.

Tertium exemplum huic controversiæ ansam præbens explicat Bartolus in eo qui à tergo incautum percutit, & in eo tantum expressè dixit quod rancor non debet reperiri inter eos, ut proditio resulteret. Quod nullius Textus decisione firmatur. Sed non simpliciter excludit proditorem ex rancore, sed quando esset rancor inter te & me, ita ut invicem inimici habeantur; quando illud quod facio, in actibus ostendebam. Ex quibus verbis clarè resultat, quod inimicitia præcedens per actus externos manifesta fieri debet. Non enim sufficit inimicitia ex parte occidentis, si occulta sit, sed ostensa; manifesta: prænota ibi, *in actibus ostendebam*, quia cum exclusio proditoris procedat ex præcautione possibili, ex parte occisi, necessarium est quod ad sui notitiam perveniat periculum imminens ex parte inimici. Ob hoc Ant. Gomez d. cap. 3. numero 5. scitè docuit ibi: *ex quo deducitur, & insertur quod si invicem inimici erant capitales*. Vincent. de Franq. d. decis. 713. numero 7. ibi: *an vulnus per inimicum à retro illatum inimico*, Baiard. ad Clar. *in d. homicidium*, numero 25. ibi: *ego tamen sequor opinionem Bartoli, qui dicit occidentem per insidias, vel retro inimicum suum, non esse proditorem, quia debebat præcavere ab inimico suo*. Farin. de immunit. numero 143. ibi: *limitat. in occidente suum inimicum quoquo modo etiam per insidias, & proditorie. Tunc enim occisus præcavendi causam habebat à suo inimico, & ideo si sibi non præcavit, sua culpa est*. Et sic ceteri qui opinionem Bartoli sequuntur, tanquam si ratio unica, non patrandæ proditoris, ea sit quod potuit ab inimico præcavere. Quæ quidem potentia præcavendi supponit notitiam inimicitie per actus hostiles demonstratæ; aliàs cessat possibilitas præcavendi, ac per consequens cessabit doctrina Bartoli, & eorum qui eam sequuti sunt,

funt, ut explicat Episcopus Barbastensis d. quest. 91. numero 13. ibi: *Et sic regula erit quod quoties machinatio dolosa ad decipiendum aliquem, in quem talis suspicio generari non poterat, tunc veram proditorem existere excludentem immunitatem*.

59 His itaque positis, non malè inferri poterat, quod in specie controversiæ præcedentis, machinatio dolosa absque dubio adhibita fuit, quam Bernardinus prænoscere nequivit, & sic nullatenus præcavere, aut defendi. Quia inimicitia inter illum & Angelam intervenire non potuit, neque actu, neque habitu. Actus, quia per nullum actum hostilem ostensa fuit ab Angela, ut ex actis resultabat. Habitu, quia licet inimicitia reperitur aliquando in feminam, ut percipitur ex Text. *in l. unic. C. de his qui se deser. ibi: & mulieris pariter inimicus*. Hoc intelligitur communiter ad effectus judiciales, nempe ut repellatur ab accusando; tanquam suspecta à testimonio arceatur, & similibus (& adhuc in hoc casu Imperator Constantius non rescripsit mulierem inimicam, sed mulierem inimicam.) Non verò respectus sumendi vindictam, ut notat Tiberius Decian. lib. 3. tract. crim. cap. 25. numero 20. Et ratio est quia mulier non potest levare feudam, hoc est inimicitiam agere, quæ vindictam exigit: juxta doctrinam Glossæ *in cap. 1. §. hoc autem verbo, tit. qui feud. dar. poss. in sub. feudor*. Baldus in §. & quia videmus, col. penult. vers. item ista Glossæ, Angel. in l. filius qui patri. prop. finem, ubi etiam Arctin. ff. de vulg. Afflictis decis. 320. n. 6. pluribus Tiraquel. *in l. r. connub. num. 61. Decian. d. numero 20. Jacob. Cujacius in eodem §. hoc autem*. Et ad rem Farin. quest. 53. numero 4. ibi: *licet enim in femina non cadat inimicitia, nec etiam femina dicatur retinere inimicitiam; hoc tamen procedit in actibus extrajudicialibus, secus in judicialibus. Item procedit quoad actus extrinsecos, ut puta incedere cum armis, vindictam, & ceteros actus viriles facere, cum enim ad excludendam proditorem habenda esset Angela inimica Bernardini ad actus externos, ut puta ad vindictam, & prosecutionem injuriæ: & ad hoc inimicitia non poterat ab ea retineri; ex capite inimicitie, non defuit qualitas proditoris*.

62 Ex eadem ratione dimanat, quod occidens feminam, iniquissimè occidisse dicatur, quia inermis, indefensa, & imbecillus est. Pulchrè ad rem Aristoteles pro-

blemat. sect. 9. ibi: *cur mulierem interfecisse iniquius sit quam virum: quamquam natura ratione mas feminà præstantior est. An quia mulier imbecillior est, minusque proinde facere injuriam potest? item enim adversus id quod longè infirmius est, nihil virile, imò solidum atque iniquissimum est*. Pluribus Tiraq. *vel d. l. 1. Connub. n. 75. Hinc Petrus Cabal. cas. 276. n. 9. dum de occidente mulierem bannitam, & præmium postulante tractat, prudentissime docet, impiissimum semper putasse simile facinus, quia statuta præmium promittentia ob bannitorum extirpationem, ea ratione sustinentur, ut territoria ab incursionibus, & maleficiis eorumdem purgata, & libera remaneant: quæ omnia cessant in feminis, quantumvis bannitis, quarum non est arma tractare, insultus atque incursiones facere, neque inimicos persequi; ob quod præmium non deberi tenet. Nam, ut dixi controvers. præcedent. num. 29. cum seqq. arma propria feminarum sunt colus, sulcus, acus & similia. Neque ex alia ratione Imperator in l. quisquis §. 5. ad filias, C. ad leg. Jul. Majest. dum de filiabus rei illius criminis agebat, rescripsit, ibi: *quas pro sexus fragilitate minus auras esse confidimus*.*

Si enim feminæ inimicitie incapaces sunt, quoad vindictam & armorum tractationem; si ipsæ ut inermes, atque imbecilles minus posse dicantur ad injuriam, & sic iniquissimum est eas occidere; si quamquam in banno comprehendantur impiissimum censetur eas interrimere, quia neque incursiones facere possunt; si pro sexus fragilitate minus auras præsumuntur; quomodo in mentem venire poruit Bernardino ab Angela periculum imminere ut præcaveri, atque defendi posset? si nullam externam hostilitatis, vel inimicitie actionem ostenderat, in Bernardinum, imò ut falsa fuit judicialiter, marito, & ceteris cognatis propositum occidendi celavit, ne ab aliquo impediretur. Dicit aliquis, Bernardinum non ignorasse ac præcavere debuisset. Minime, quia ut defensio adhiberi possit requiritur, notitia periculi imminenti, & juxta dictum ipsius Barroli, requiritur, quod illud quod sic, actibus ostendatur. Et consequenter dubitati nequit quod Bernardinus propositum vindictæ ignoravit, & omnino incogitatum periculum passus fuit. Ea enim quæ ignorantur, & excogitari non possunt